

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

GESTA ABBATUM MONASTERII SANCTI  
ALBANI.

[MS. COTTON. CLAUDIUS E. IV.]

SECTIO SECUNDA, CONTINUATA.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - *Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## GESTA ABBATUM MONASTERII SANCTI ALBANI.

SECTIO SECUNDA, CONTINUATA.



*De præfectione Johannis de Berchamstede, submissi, in  
Abbatem<sup>1</sup> vicesimum quintum Monasterii Sancti  
Albani.*

*Qualiter Malcolmus, Escaetor Regis, post obitum prædicti Abbatis Monasterii Sancti Albani, et omnia bona ejus in manus Regis seisyyvit, ministros suos imposuit, et per<sup>2</sup> inauditas extortiones ipsum Monasterium apporiavit.*

Celebris memoriae viro, Domino Rogero de Nortone, A.D. 1290.  
 Abbate hujus ecclesiae, viam universæ carnis ingresso,  
 Dominus Malculmus de<sup>3</sup> Harle, Escaetor Domini Regis, Abbot  
 de ejus morte certificatus, mox properavit, domum<sup>4</sup> Roger,  
 Sancti Albani intravit, ac universa et singula potenter the King's  
 et impatienter occupavit. Claves omnium officiorum Escheator  
 aperte Abbatis arripuit, nostros destituit, suos takes  
 constituit; domos, thalamos, et<sup>4</sup> conclaves diligenter scruta- possession.  
 tando, multa invenit,—et multo plura invenisse con- His extor-  
 cupivit,—quæ in matricula sua conscribi fecit, et ita, tionate  
 ne elongarentur, alios a potestate ejicit. Monachos conduct.  
 proiectiores coram se evocavit, de thesauro Abbatis  
 defuncti comminanter interrogavit; qui<sup>5</sup> asserunt ip-

<sup>1</sup> The words “*in Abbatem*,” are repeated here in the MS., by inadvertence.

<sup>2</sup> *inauditos* in MS.

<sup>3</sup> Or “*Harlege*,” the name being abbreviated, “*Harl*,” in the MS.

<sup>4</sup> Sic in MS.

<sup>5</sup> Sic in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1290. sum in vita sua <sup>1</sup> pecuniam suam distribuisse, quemadmodum eidem bene potuit licuisse.

Further proceedings of the Escheator. Cum igitur ipse Escaetor semper prætendebat minum Regem habere eundem statum in temporalibus, vacante monasterio, quem habuit Abbas vivus, cepit fidelitates et juramenta ab hominibus Baroniae; illius servos, quanquam pauperes, per tallagia immisericorditer depauperavit, <sup>1</sup> pecuniam multiformiter coacervare festinavit. Cum enim in ambitu monasterii non inventissent monetam vel aurum, tam ibi quam in maneris multum gavisus est se invenisse instaurum, quod Prior noster, Dominus Johannes de Marins, verèbatur in magna sui parte vendidisse, propter indignationem regiam quam potuit incurrisse; et, licet devote petenti, superstite Abbe, de fine faciendo pro vacatione habenda, Dominus Rex gratiam facere negabat. Quam obtinere non potuit, obtinuisse sperabat.

Recent visit paid by King Edward I. to Saint Alban's, and promise made by him to the Prior, of moderation on part of his Escheator. Sed spes et eloquium confortavit regium nos, quos spes lædebat. Cum enim ad Dominum Regem, apud Sanctum Albanum declinantem, et prædictum Abbatem personaliter visitantem, Prior noster appropinquasset, et ut de statu domus meditari dignaretur, eidem devote supplicasset, prætendens Escaetorem nobis nimis fore timendum, et, <sup>2</sup> sicut actualiter contingit, in nullo parcendum; Rex ait ipsum pro oculis capitis sui non audere injuriari, quin potius justitiam in omnibus imitari. Sed hoc verbum consolatorium apparuit frustratorium, cum negotium pervenisset ad actum; quia nihil de stauro Abbatis potuimus habere, seu ad usum retinere, nisi per grave pactum. Tam igitur aperte Conventus quam Abbatis seisivit maneria; tutelæ suæ mancipavit res et averia, donec per breve regium fuisse liberata; cum bona Baroniae Conventus a Baronia Abbatis discreta sunt, et separata, prout per petitionem in Curia regia littera fuerat impetrata, sub hac forma:—

The Abbot's stock and manors seized by the Escheator. | <sup>1</sup> *peccuniam* in MS. | <sup>2</sup> *sic* in MS., by inadvertence.

<sup>1</sup> *peccuniam* in MS.

| <sup>2</sup> *sic* in MS., by inadvertence.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## MONASTERII SANCTI ALBANI.

5

*Breve Regis suo Escaetori de bonis Conventualibus A.D. 1290.  
Monasterii Sancti Albani, Priori et Conventui  
ibidem deliberatum.*

“ Edwardus, Dei gratia, et cætera, dilecto clero suo, Domino Writ en-  
“ Malculmo de Harle, Escaetori suo <sup>1</sup> ultra Trentam. Cum joining that  
“ dilecti nobis in Christo Prior et Conventus de Sancto the Es-  
“ Albano bona habeant, et possessiones, separata de bonis Ab- cheator  
“ batis loci ejusdem; quæ bona sua temporibus vacationum shall re-  
“ ejusdem Abbathiae retroactis temporibus capi non consue- spect the  
“ verunt in manum nostram; ac vos, mortuo nuper Abbate property of  
“ ejusdem loci, quedam bona et possessiones ipsorum Prioris the Prior  
“ et Conventus seisiri fecistis in manum nostram; nolentes and Con-  
“ eos modo inconsueto molestari, vobis mandamus quod Pri- vent.  
“ orem et Conventum non tractetis, vel per vestros tractari  
“ faciat, aliter quam tractari consueverunt in aliis vacationibus  
“ temporibus retroactis. Teste meipso, apud Rushforde, quarto-  
“ decimo die Novembris, anno regni nostri octavo decimo.”

*Continuatio processus et malitiae Escaetoris  
prænotati.*

Maneria tamen de Childewik et de Estbury, cum rebus aliis, continue occupavit, non obstante quod ea prædictus Abbas pro Anniversario suo faciendo Conventui assignavit; firmasque coquinæ Conventus cepit ad votum. Quod Abbati fuerat, vel fuisse poterat, subjugavit totum; ipsos quoque, qui maneria Abbatis ad firmam tenuerunt, disseisivit, et illa, cum <sup>2</sup> carrucis et jumentariis, sibi seisivit, donec <sup>2</sup> carruceæ per breve regium fuerant liberatæ. Non tantum temporalia, quin, <sup>3</sup> mirum dictu, spiritualia, venditioni Escaetor exposuit; qui decimas ecclesiæ de Dolowe collectas, et in horreis congregatas, vendidit; quas dobis dari, seu quomodo-libet liberari, Rex jubere noluit.

<sup>1</sup> An error probably for *citra*.  
See Madox, *Hist. Exchequer*, vol. ii. p. 188.

<sup>2</sup> *carucis* and *carucae* in MS.

<sup>3</sup> *miro* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## 6

## GESTA ABBATUM

A.D. 1290. Prior vero studuit, (et in quantum potuit,) omnia salvare, verumque distulit. Timor ipsum compulit tandem titubare. Ecce enim, <sup>1</sup> proh dolor! vendidit nobis Escaetor omnia mobilia existentia infra Abbatiam, Abbatem defunctum tangentia in universo, pro quinquaginta libris duobus solidis; omne genus bladi apud manerium de Parco, cum <sup>2</sup> feno et pastura, pro septuaginta marcis. Recepit etiam a nobis pro bidentibus plus quam centum libras argenti; et, ne ad nemora manus protendisset nefandas, usque in Festum Sancti Petri ad Vincula proximum, centum marcas a nobis percepit; arreragia redditus, et debita, circumquaque extorsit, dominium loco Abbatis temporaliter exercuit. Nobis igitur profuisset, quicquid in posterum contigisset, <sup>3</sup> pecuniam recepisse, Abbe vivente; diuque languente, multa vendidisse, contra infortunium, quod emersit nimium, nobis præcavisse; quam tanta; totque, et talia, quadam sub incuria velut, amisisse. Unde quidam doluerunt, quidam vero deriserunt, nos hæc incurrisse.—

A preferable course might have been adopted.

“Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

“Quique sibi caveant, talia ne subeant.”

*Processus super electione Johannis de Berchamstede  
in Abbatem Monasterii Sancti Albani.*

The Prior appoints a day for the election of an Abbot.

In crastino igitur tumulationis prædicti patris, vide licet, in crastino Sancti Leonardi, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, anno regni Regis Edwardi octavo decimo, Dominus Johannes de Maryns, tunc Prior hujus ecclesiæ, communī fretus consilio, de negotio electionis jugiter inchoavit cogitare: unde in crastino Conceptionis gloriosissimæ Virginis proximo instanti ordinavit electionem, per Dei gratiam, fore celebrandam.

<sup>1</sup> proth in MS.

<sup>2</sup> fono in MS.

| <sup>3</sup> peccuniam in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## MONASTERII SANCTI ALBANI.

7

Cum igitur omni festinatione tres monachi istius A.D. 1290.  
 domus, videlicet, Fratres Willelmus de Parys, Archidi-  
 aconus, Gaufridus de Sancto Albano, Prior de Red-  
 burne, Johannes de Stakererne, Supprior, Domini Regis  
 præsentiam quæsierunt, ad impetrandum licentiam eli-  
 gendi Abbatem, cum littera sigillo Conventus signata.

A deputa-  
tion waits  
on the King  
for a congé  
d'élire.

*Continuatio processus et materice electionis præ-  
notatae.*

Accepta a Rege eligendi licentia, et convenientibus John de  
 ad electionem qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt, Berkham-  
 interesse, invocata Sancti Spiritus gratia, per viam stede is  
 compromissi procedentes, prout moris est, hujus mona- elected  
 sterii fratrem, Johannem de Berkhamestede, in Abbatem Abbot, 9th  
 concorditer elegerunt. Dec. 1290.

*Qualiter electus Domino Regi præsentatur.*

Consequenter, cum Dominus Rex apud Sanctum Al- King  
 banum declinasset, præsentatus ei fuerat electus, quem Edward I.  
 benigne acceptavit; nec voluit aliquis, sicut nec profuit, visiting  
 de fine faciendo pro vacatione habenda ipsum sollici- St. Alban's,  
 tare; qui inde gratiam Priori petenti statim post the Abbot  
 mortem Abbatis, sicut alias, facere non curavit. Qui elect is  
 tamen pro electo Summo Pontifici scripsit. presented  
 to him.

*De progressu predicti electi versus Curiam Romanam,  
 pro confirmatione electionis sue prænotatae.*

Memoratus vero electus, a die electionis suæ usque The Abbot  
 ad progressionem suam ad Curiam, in camera Prioris elect abides  
 morabatur; qui in nullo se intromisit, sed Prior, sibi Prior's  
 providendo interim, necessaria reverenter ministravit. chamber  
 for a time.

In crastino igitur Circumcisionis Dominicæ iter suum Accom-  
 arripiens, in nomine Spiritus Sancti, negotium prose- panied by  
 quitur prælibatum, assumptis secum quatuor monachis, four monks,

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

John III., videlicet, Fratribus Johanne Passevant, <sup>1</sup> Reginaldo de  
 25th Abbot, Oxonia, Johanne de Stakererne, Suppriore, et Roberto  
 A.D. de Nortone; qui in Capitulo sacramentum in verbo  
 1290-1301. — Dei præstiterunt, quod per se, nec per alios, contra  
 he sets out statum hujus ecclesiæ vel instantis negotii, seu quorun-  
 for Rome, dam fratrum, malitiose procurarent; veniam siquidem  
 2nd Jany. 1291. petentes, ut Conventus pro ipsis oraret, in osculo pacis  
 They bor- ad ostium Capituli recesserunt. Qui, Londoniis decli-  
 row money nantes, ad expensas de mercatoribus quinquaginta mar-  
 at London, for the cas argenti sub obligatione receperunt.  
 journey.

*De articulis in examinatione electionis prædicti  
 Abbatis inquisitis.*

Abbot  
 John  
 arrives at  
 Rome.

He visits  
 the Pope  
 and Cardi-  
 nals, one  
 excepted.  
 Reginald  
 de St. Al-  
 ban's, his  
 proctor.

Per illarum viarum discrimina memoratus electus  
<sup>2</sup> pericula magno labore, festinatione omni qua  
 potuit, pertransiendo, <sup>3</sup> die Sancti Petri ad Vincula ad  
 Curiam Romanam usque perveniens, mox Dominum Pa-  
 pam, Cardinales singulos, (præter unum, dictum “<sup>4</sup>Johan-  
 “ nem Jolet,” qui moleste tulit ipsum eo die non fuisse  
 visitatum,) personaliter visitavit. Multum enim præsens  
 negotium fuerat visitatum per diligentiam et circum-  
 spectionem Magistri Reginaldi de Sancto Albano, pro-  
 curatoris nostri in Curia Romana; qui bene notus et  
 laudabiliter extitit in eadem, et tunc de novo per  
 manum publicam super petitione confirmationis electi  
 procurator constitutus.

*Continuatio processus et materiæ prænotatae.*

He receives Examinatus fuit electus in Curia Romana, munus  
 Papal be- ibidem suscipiens benedictionis a Summo Pontifice, con-

<sup>1</sup> *Reginado* in MS.

<sup>2</sup> The words “*ac steti*” precede this word in the MS.; by mistake possibly for “*ac freti*.”

<sup>3</sup> This, August 1, is evidently an

erroneous date.

<sup>4</sup> John Cholet, a Frenchman, Canon of Beauvais, Cardinal Priest of St. Cecilia, is probably the person meant.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## MONASTERII SANCTI ALBANI.

9

firmatus: et cum decretum electionis, (forsitan præbendi John III.,  
ambitione,) reputatum fuisset reprehensibile, Papa, de 25th  
potestatis suæ plenitudine, defectum <sup>1</sup> supplevit. Abbot,  
A.D.  
1290–1301.

*De examinatione et confirmatione electionis præ-notatae.*

“ Inquisitio facta apud Urbem Veterem per <sup>2</sup> reverendissimos patres, videlicet, Dominos Tusculanum Episcopum <sup>3</sup> H., et <sup>4</sup> Neapoleonom, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, de forma et modo electionis prædictæ.

“ Primo, quæsitum fuit tam de anno quam de die obitus Rogeri, quondam Abbatis. Ad quod fuit responsum, quod obiit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in crastino Animerarum.

“ Item, quo die traditus fuit sepulturæ. Ad quod respondit, quod tertio die post obitum ejus.

“ Item, de licentia eligendi petita a Rege. Ad quod responsum fuit, quod petita fuit, pariter et obtenta; prout testatur littera regia super hæc confecta.

“ Item, si certus dies ad electionem de Abbatे futuro celebrandam fuit statutus. Ad quod fuit responsum, quod sic.

“ Item, si celebrata fuit electio infra tempus a canone diffinitum, scilicet, infra tres menses a tempore vaccinationis. Ad quod fuit responsum, quod sic.

“ Item, si die statuto adveniente, omnes qui debuerunt, voluerunt, et <sup>5</sup> commode potuerunt, interesse dictæ electioni, interfuerunt. Ad quod fuit responsum, quod sic.

“ Item, quo die celebrata fuit electio, qualiter, et ubi. Ad quod fuit responsum, quod in crastino Conceptionis

<sup>1</sup> suplevit in MS.

<sup>2</sup> reverendissimos in MS.

<sup>3</sup> It seems very doubtful if the Bishop of Tusculum, at this time, was a Cardinal.

<sup>4</sup> Napoleon Frangipani, surnamed “Orsini,” Cardinal Deacon of St. Adrian.

<sup>5</sup> comode in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04683-1 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham,  
regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 2: A.D. 1290–1349

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

10

## GESTA ABBATUM

John III, “ Beatæ Mariæ Virginis, quinto, scilicet, Idus Decembris,  
 25th  
 Abbot, “ publice ac solemniter in Capitulo.

A.D.  
 1290–1301. “ Item, per quam viam procedebatur ad electionem.  
 — “ Ad quod fuit responsum, quod per viam compro-  
 missi.

“ Item, quare potius hanc per viam quam per viam  
 “ scrutinii. Ad quod fuit responsum, quod, ut a juris-  
 “ peritis dicebatur, per hanc viam facilius <sup>1</sup> consulitur  
 “ Ecclesiæ.

“ Item, qualiter perventum fuit ad hanc viam. Ad  
 “ quod fuit responsum, quia die statuto ad eligendum  
 “ convenientibus in unum, recitata fuit Constitutio  
 “ Generalis Concilii—‘ Quia propter diversas.’ Qua  
 “ recitata, post tractatus habitos super formis in dicta  
 “ Constitutione contentis, quæsivit Prior Monasterii  
 “ Sancti Albani, prout moris erat, per quam viam  
 “ placuit eis procedere. Qui, statim respondentes,  
 “ dixerunt per viam compromissi.

“ Item, si hoc quæsivit ab omnibus in genere, an a  
 “ singulis in specie. Ad quod fuit responsum, quod  
 “ ab omnibus in genere, et statim post a singulis in  
 “ specie.

“ Item, in quot et quos fuit compromissum. Ad  
 “ quod fuit responsum, quod in novem, quorum nomina  
 “ habentur in quadam littera super hæc confecta, sigillo  
 “ Capituli sigillata.

“ Item, si isti novem hujusmodi compromissum, seu  
 “ potestatem eligendi, sibi commissam, reverenter sus-  
 “ ceperunt. Ad quod fuit responsum, quod sic.

“ Item, si statim post hujusmodi potestatem sibi at-  
 “ tributam, et ab ipsis reverenter susceptam, de Abbe  
 “ defuncto, secesserunt in partem. Ad quod fuit re-  
 “ sponsum, quod sic.

“ Item, quo in loco tractabant. Ad quod fuit re-  
 “ sponsum, quod in Capella quondam Rogeri Abbatis.

<sup>1</sup> *consuliter* in MS.